

cum dicit (53) TACEO ponit secundam rationem que sumitur ex
 condicione ipsius indigencie et potest ratio sic formari: quia
 indigencia ^u vel est indigencia nature ^u vel avaricie. Indigencia
 nature paucissimis suppleri potest, unde propter eam non oportet
 querere divicias nec per eas amoveri potest sicut nec ipsa natura
 mutari. Indigencia ^u vero avaricie nullo ^u ³¹ expleri potest et ita
 nec eam divicie ^u amovent. Istam rationem ponit breviter sub quodam
 colore rethorico quem ³² Tullius quarto libro rethorice secunde
^u vocat occupationem. Unde dicit TACEO QUOD NATURE MINIMUM
 scilicet sufficit QUOD AVARICIE NICHIL SATIS EST. Deinde cum
 dicit (54) QUARE SI OPES ^u concludit ³³ epilogando suum intentum
 dicens QUARE ³⁴ SI OPES NEC INDIGENCIAM SUBMOVERE POSSUNT quod
 modo ultimo probatum est ET IPSE scilicet ^u divicie SUAM scilicet
 indigenciam FACIUNT ut probatum est QUID EST id est quomodo
 esse potest QUOD CREDATIS EAS PRESTARE id est dare SUFFICIENCIAM ?
 quasi diceret nullo modo credi debet.

[III m 3]

QUAMVIS FLUENTE metrum tercium et est mixtum ex trimetro
 iambico Archilocico ^h ^z de quo dictum est supra libro secundo

a

 31 nullo RPeGOD nec PJ / 32 quem RPO que J / 33 concludit PO
 conclusit R concludunt J / 34 quare scripsi quod JRPeGOM om. D /

l archilocico (archi^{co}) D archilotico RP archilicico GPe
 arⁱlochiquo J arⁱlochico Q /

metro septimo et elegiaco de quo dictum est libro primo metro primo. In hoc autem metro invehit contra avaros quos in vita divitiarum sollicitudo affligit et mortuos divicie derelinquunt. Unde dicit (1) QUAMVIS DIVES AVARUS FLUENTE GURGITE AURI secundum Ysidorum Ethimologiarum libro 13, capitulo de fluminibus, gurges est locus altus id est profundus in flumine² unde significat habundantem affluentiam auri (2) COGAT id est simul agat congregando OPES³ NON EXPLETURAS scilicet suam cupiditatem (3) ONERETQUE COLLA BACCIS id est gemmis preciosis. Secundum enim Hugucionem bacca per duplex "c"³ aliquando invenitur pro fructu olive⁴ vel lauri et ponitur eciam⁵ pro quolibet fructu; aliquando eciam⁵ invenitur pro gemma preciosa et in hoc sensu sumitur hic. RUBRI LITTORIS hic dicit quia tales gemme colliguntur in littore maris rubri (4) SCINDATQUE RURA OPIMA id est fecunda et dicitur ab opibus opimus quod idem est quod opulentus vel habundans; hic autem pro fecundo accipitur CENTENO BOVE, NEC CURA MORDAX id est anxia sollicitudo DESERET SUPERSTITEM scilicet viventem⁶ (6) DEFUNCTUMQUE OPES LEVES id est que leviter transeunt NON COMITANTUR.⁷

a Cf. XIII xxi, 4

- 2 in flumine RPO flumen J / ~~avarus supra opes scr. alia manus~~ /
 3⁴ c RPPeD cc GJO / 4⁵ eciam JO om. RP / 5⁶ eciam RP autem JO /
 6⁷ scilicet JO id est RP / 7⁸ comitantur scripsi committantur RGJ(?D)
 commutentur P comittantur PeO /